UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Onomasticon Ecclesiae

Witzel, Georg

Mentz, 1541

VD16 W 3984

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-31791

Visual Library

DICTA S. ANTHONII.

VERBVM ÆDIFI-
cationis.

OMni die cogita uicinam tibi mortem eſſe, Quaſi iam clauſus in monumento, nihil de hoc ſæculo cures. Timor Dei permaneat in te omni hora. Crede te hominibus omnibus inferiorem eſſe. Non detrahas alicui, quia Deus cognoſcit omnia, ſed eſto pacificus cum omnibus, & dabit tibi dominus requiem.

ALIVD.

Non ſunt neceſſaria nobis ſuperflua uerba, ſed extendere manus ac dicere: Domine quomodo uis, & ſicut tibi placet, ita fiat. Si autem tentatio irruerit, aut impugnatio, dicendum eſt: Domine Deus clementiſſime, auxiliari dignare nobis, tu enim ſcis quid nobis expediat, fac nobiſcum ſecundum miſericordiam tuam, Amen.

Gedrückt zu S. Victor
bey Mentz/
Durch Franciſcum
Behem.